

Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Deductionem funebrem quae Matronae Honestissimae Annae Dasen, a Superstite Genero viro ... Dn. Andrea Groskop, civitatis Sverinensis Senatori dignissimo, caeterisq[ue] cognatis adornabitur Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat ...**

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77156385X>

Druck    Freier  Zugang



Cothman, J.,

in

A. Dase,

uxor. D. Hove.

Rost. 1639.

19.









RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**JOHANNES COTHMAN,**  
S. Theologiæ Doctor &  
Professor.

*Ad*  
Deductionem funebrem  
quaæ  
**MATRONÆ HONESTISSIMÆ**  
**ANNÆ DASEN,**

â

*Superstite Genero viro prudentissimo*  
**Dn. ANDREA GROSKOP,**  
civitatis Sverinensis Senatori dignissimo, cæc-  
risq; cognatis adornabitur

*Omnes omnium ordinum Cives Academicos, eo quo-*  
*par est studio, invitati in eadem Jacobeam cathedra-*  
*lem, ad horam primam,*



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr. Anno 1639.





RECTOR  
*Universitatis Rostochiensis*  
JOHANNES COTHMAN,  
SS. Theologiae Doctor & Pro-  
fessor.

**N**ortalium sapientissimus Salomon inter alia ἀξιομνησκόνευτο in libro proverbiorum posteritati relicta ait: mulierem virtutis quis inveniet? qua interrogatione, mulieris præstantis reiq; œconomicæ peritissimæ non indigitatur impossibilitas, sed stylo scripturæ in dicatur raritas ac difficultas. Contingere quippe potest mulierem inveniri non bonam, piam & cordatam. œconomicæ peritam, sed contrarijs vitijs imbutam, de qua Ecclesiasticus inquit: Habitare cum leone & dracone malim, quem habitare cum improba muliere. De qua idem auctor pergit dicere: improbitas mulieris mutat faciem illius, & faciem illius offundit tenebris,

bris ; ut sit tanquam ursa , inter propinquos suos  
accumbens vir illius in virtus propter illam inge-  
miserit . Exigua est omnis improbitas , ad impro-  
bitatem , mulieris . Hæc quamvis suo loco sint  
verissima , absit tamen ut illa omnibus tribua-  
mus mulieribus ; inveniuntur enim & aliæ de-  
quibus verè dicitur : mulieres virtuosæ latitiam  
afferunt viris suis , & annos vitæ illorum im-  
plent , prosperitate . Bona mulier bona portio  
est , in partem reverentibus Dominum dabitur.  
Hisce mulieribus bonum maritis , & non malum  
reddentibus , merito annumeramus defunctam no-  
stram ANNAM DASEN , viri prudentissimi  
& integerissimi Dn. DIDERICI HOVI reli-  
ctam viduam . Et arbitramur illam laudem hanc  
ita mereri , ut id omnibus ferme civitatis incolis ma-  
gis notum , quam ut hoc programmata signifi-  
cari debeat . Ut autem defunctæ nostræ vitæ hi-  
storiā à nativitate exponamus , nata illa est ab  
honestis & maximè pijs parentibus . Patre scil.  
viro prudentissimo & spectatissimo Dn. NICO-  
LAO DASENIO senatore hujus urbis bene-  
merito & spectatissimo , superioris seculi Anno  
1591. hoc ipso quem ingressi sumus mense , die 9.  
circa horam vespertinam quintam . Matre vero  
foemina laudatissima , matrona virtutibus sexum  
fami-

neum exoriantibus conspicuā Wipke Bolten /  
Senatori quondam apud nos benē meriti relictā  
filia. Hi parentes gnatam suam Christo per Ba-  
ptismum adduxerunt, & adultiorem factam in-  
pietate cæterisq; virtutibus virgini competen-  
tibus imbui curarunt. Unde grandiorēm æta-  
tem nactam, ambire defunctam nostram cœpit  
Anno 1610. circa Bartholomæi festum, vir Integer-  
timus ac scientiæ militatis peritissimus Dn. DIDE-  
RICUS HOVI, cuius parentis ob militiæ peri-  
tiā in ordinem equestrem adoptatus ab Impera-  
torē invictissimo, laudatissimæ memoriæ Ma-  
ximiliano, & ad componendum dissidium, in-  
ter illustrissimos Principes, & hanc civitatem or-  
tum missus fuit. Durante matronio defuncta  
nostra quatuor liberorum fact. Et mater GER-  
DRUDIS, MARGARETHA, NICOLAI,  
& JOHANNIS DIDERIC! Ex quibus  
MARGARETHA in prima aetate fatis con-  
cessit. GERTRUDA vero prudentissimo Dn.  
ANDREÆ GROSKOP Civitatis Sverinen-  
sis Senatori dignissimo matrimonialiter cohabi-  
tat, quæ una cum duobus filij, defunctæ nostræ  
respectivè matris & aviæ mortem lugent. Post-  
quam defuncta nostra marito desideratissimo,  
oborta maxima vi procellarum tempore brumali

tempestate , privata per naufragium esset . non so-  
lum dilectissimum amisit maritum , sed & una in-  
signem bonorum passa est jacturam , ut de hac cla-  
de quam defuncta nostra tum temporis passa est ,  
recte quis dixerit : nulla calamitas sola . Item :  
aliud ex alio malum . Et admiranda certe est  
defunctæ nostræ constantia . inq ; Deum fiducia ;  
quod accepto tristi hoc naufragij nuntio , ani-  
mum non plane desponderit , sed sese recollege-  
tit , vocationis suæ munus ita diligenter tractan-  
do , toto illo viduitatis tempore , ( quod fuit sede-  
cim annorum ) , ut divina accedente benedictio-  
ne , non solùm pië defuncti mariti famam , in-  
exsolvendis omnibus illis debitibus per naufragium  
contractis liberarit , sed & nocturno ac diurno  
labore sibi de vitæ necessarijs abunde prospexe-  
rit . Verum ut humana sunt omnia : quod ca-  
ret alterna requie durabile non est , ita & huic vi-  
duæ contigit . Licet enim ob assiduam rei œco-  
nomicæ curam omnibus indefessum illud stu-  
dium admirantibus gratissima esset , quod & nunc  
lacrymæ vicinarum mulierum aliorumq ; amico-  
rumq ; testantur ; tamen vires ita fuerunt prostra-  
tæ , ut accedente vi morbi præterito die veneris  
circa horam quartam vespertinam , placide in  
Christo

Christo obdormierit, postquam viatico corporis  
& sanguinis Christi esset instructa. Hujus lau-  
datissimæ foeminæ obitum cùm consideramus,  
nihil à morte liberum esse videmus. Si enim  
virtutes mulieribus competentes, mortem pro-  
pulsassent, certè hæc foemina, hac quidem vice  
mortua non fuisset. Videmus itaq; mortem o-  
mnibus obscuras suas iniçere manus; nullo habi-  
to ætatis aut conditionis respectu. Quod nobis  
Dei gratia althuc superstibis exemplo esse de-  
bet, ut ita vivamus, quasi quotidie nobis sit mo-  
riendum. Mors enim certa est, incerta licet hora,  
dies, & mensis.

Constituerunt autem relictus gener, liberi ac  
cognati, defunctæ nostræ matronæ laudatissimæ,  
hodie secere exequias. Proinde à vobis civibuss  
Academicis enixe petunt, ultimum humanitatis  
officium defunctæ matronæ laudatissimæ exhi-  
beatis. Quod cum sit æquissimum, ego id à vo-  
bis fieri hortor & moneo. Inter eundum verò  
Deo clementissimo, Illustrissimum nostrum prin-  
cipem, totamq; stirpem Ducum Megapolensium,  
provinciam, & hanc urbem, res deniq; Germania  
æ deploras. Deo committite, utq; pacem diu-  
tissimè optatam omniumq; votis expeditam resti-  
tuat

**Quat rogat.** Fiet autem conventus in æde  
Jacobæo hora prima. Dabam Rostochij  
2, Septembr. Sub Sigillo Univer.  
sitatis, Anno 1639.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn77156385X/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn77156385X/phys_0014)

DFG





Christo obdormierit , postquam  
& sanguinis Christi esset instructa  
datissimæ foeminæ obitum cùm  
nihil à morte liberum esse videntur  
virtutes mulieribus competentes ,  
pulsassent , certè hæc foemina , hac  
mortua non fuisset . Videmus ita  
mnibus obscuras suas iniçere manu  
to ætatis aut conditionis respectu .  
Dei gratia asthuc superstitibus ex  
bet , ut ita vivamus , quasi quotidie  
riendum . Mors enim certa est , ince  
dies , & mensis .

Constituerunt autem relictus ge  
cognati , defunctæ nostræ matronæ laudat  
hodie fecere exequias . Proinde à v  
Academicis enixæ petunt , ultimum  
officium defunctæ matronæ laudat  
beatis . Quod cum sit æquissimum ,  
bis fieri hortor & moneo . Inter eu  
Deo elementissimo , Illustrissimum no  
cipem , totamq; stirpem Ducum Mega  
provinciam , & hanc urbem , res de  
niæ deploratas Deo committite , utq;  
tissime optatam omniumq; votis exp

